



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

III. De apostatis ab ecclesia separandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

Christi , seu apparitionis , nec non & apostolorum seu martyrum festiuitatibus innumeræ ( vt afferis ) plebes baptismi mysterium consequantur , cum hoc sibi priuilegium & apud nos , & apud omnes ecclesias , Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat , quibus solis per annum diebus , ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta , his dumtaxat <sup>1.</sup> electis , qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint , & exorcismis , quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati , quatenus apostolica illa impleatur præceptio , vt expurgato fermento veteri , noua incipiat esse conspersio . Sicut sacram ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam , ita infantibus , qui neandum loqui poterunt per ætatem , vel his , quibus in qualibet necessitate opus fuerit facri vnda baptismatis , omni volumus celeritate succurri , ne ad nostrarum perniciem tendat animarum , si , negato desiderantibus fonte salutari , exiens unusquisque de sæculo , & regnum perdat & vitam . Qui cumque etiam discrimen naufragii , hostilitatis incursum , obsidionis ambiguum , vel cuiuslibet corporalis agrimodis desperationem inciderint , & sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subueniri , eodem , quo poscunt , momento temporis , expeditæ regenerationis præmia consequantur . Haec tenus erratum in hac parte sufficiat : nunc prafatam regulam omnes teneant sacerdotes , qui nolunt ab apostolice petræ , super quam Christus viuensalem construxit ecclesiam , soliditate diuelli .

## III.

Adiectum est etiam , quosdam Christianos ad apostoliam , ( quod dici nefas est ) transeuntes , & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos ; quos a Christi corpore & sanguine , quo dudum redempti fuerant renascendo , iubemus abscindi . Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi , his quamdiu viuunt , agenda poenitentia est , & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda : quia ( docente Ezech. 18. ) nolumus mortem peccatoris , sed ut conuertatur & viuat .

## IV.

<sup>27. qu. 2.</sup>  
De coniu-

De coniugali autem violatione requisisti , si despontam